



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivlii Cæsar| Scaligeri| Epistolæ| &| Orationes|**

**Scaliger, Julius Caesar**

**Lugduni Batavorum, 1600**

Ivlivs Cæsar Scaliger Bellavenæ Senatori Burdigalensi. S. XXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

125 I V L I I C Æ S A R . S C A L .

ciæ , cuius decreto Prætoris sententia stan-  
dū iubebatur. Obscero te igitur , sapientissi-  
me simul atque nobilissime Senator, vt &  
totius huius ciuitatis , quæ sese dedit in  
clientelam tuam , habeas rationem , &  
meam simul commendationem huc aspe-  
neris , quæ non solum publicum munus  
curat hac epistola , sed etiam mea digni-  
tatis suminam. Hanc vñā apud te iniuriam  
deprecor , ne patiare ; me quasi alienum  
ab re literaria , a perditissimo nebulone  
publico primum iudicio , deinde vestro lo-  
natus consulto dignum qui reficiat.

I V L I V S C Æ S A R . S C A L I G E R .

\* \* B E L L A V E N Æ .

Senatori Burdigalensi. s. xxix.

Q U A M Q U A M non nisi fere in amico-  
rum periculis ad te scribere consueui-  
id quod aut contumaciae , aut potius negli-  
gentiae cuiuspiam adscribi potest , tantas ta-  
men esse vestrum omnium intellexi occu-  
pationes , vt vel maximis meis in necessita-  
tibus , quia do scribam , etiam hoc perpusillo  
tempore iudiciis vestris verear incommo-  
dere. Quo fit , vt & ignoscas pudori meo , si  
spissius ad vos scribo : & nunc intelligas non  
minimum urgere negotium , quod ad hoc  
genus

genus officii obeundum compulit vel inuitum. Agitur res de dignitate mea, quæ cum publica coniuncta causa huiusc ciuitatis contemptui ita habita est a perditissimo parricida, ut etiam ausus sit rem ad Senatum vestrum deferre: cuius iudicium acerimum, incomparabilem pietatem, studium rei literariæ si ille nefarius nebulo nouit, quæso te, illustrissime Senator, quo vultu vestrum istum diuinum confessum non intueri, sed adire modo ausus est? Si non nouit, quid implorat? An putauit vos esse sui similes, quorum ingeniis abuteretur ad suam impietatem? Is quum aliis super alia flagitiis medicamentariam rem, quam perfidiose exerceat, confidenter depravasset; nostræque censuræ publico decreto una cum cæteris emendandus committeretur, appellauit Senatum vestrum. Habet causam, ut in tam & nossem hominem. Itaque ut pernoscas, ita intelligas velim, adulterias ac depravatas merces scienter venales habuisse atque vendidisse, vim publicam se penumero facere consueisse, publicos viatores verberasse, in coniuiis contentiose velitatum ad manus venisse; affines suis suo merito sibi inimicos fecisse, cum eis ferro dimicasse, patrem suum inopia

128 IVLII CÆSAR. SCAL.  
pia atque inedia cibum denegando necasse-  
nam periuria & falsi crimina, & litium  
iniquarum persecutiones, & debitorum ite-  
ratas exactiones pro ludo habet. Ergo, no-  
bilissime atque eloquentissime Senator,  
vnquam humanitatem, æquitatem, pietati-  
tem coluisti, sine te exorem ut illum perdi-  
tum scelestumque iis modis accipias quibus  
dignus est. Id si efficies, dabo operam, n-  
nemo mecum erga te ausit officiis certant  
atque pietate.

IVLIVS CÆSAR SCALIGER  
D O M I N O A R F V E L L A  
*Senatori Bardigalensi. s. xxx.*

Q VVM te omnium non solum Senato-  
rum sapientissimum, sed etiam bono-  
rum humanissimum semper iudicasset, fa-  
cile mihi persuasi, quam sapientiam in sen-  
tentiis dicendis exerceres, quam humani-  
tatem coleres in amicis subleuandis, earum  
utramque mihi aduersus improborum te-  
meritatem non defuturam. Is pharmaco-  
pola quem probe nosti, plenissimus amen-  
tissimi spiritus, ex accessione male ac sor-  
dide partæ pecuniolæ quum animos sustu-  
lisset,